



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

**XXV. Mandatum.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

## XXV. MANDATVM.

**D**ominō magnifico fratri illi,  
ille. Omnibus non habetur  
incognitum, qualiter me senectus  
adgrauat, & infirmitas domat, &  
causas meas minimè valeo prose-  
quere, vel admallare: Ideo precor  
& suplico charitati tuæ, vt in vicem  
meam omnes causas meas, tam in  
 pago, quam & in palatio, vel in qui-  
buscumq; pagis vel territoriis, vbi-  
cumque mihi oportet, apud quem-  
libet hominem, tam ad admallan-  
dum, quam ad responsum dandum  
prosequere facias. Et quicquid ex-  
inde egeris, gesserisue, apud me in  
omnibus, & ex omnibus ratum, &  
aptum, atque transactum, in omni-  
bus definitum esse cognoscas. Quia  
plus amo te quam me, plus te quam  
heredes meos. Et vt hoc mandatum  
post te firmius retineas, & taliter

obtineat firmitatem, quasi gestibus  
fuisset obligatum , manu propria  
subter decreui adfirmare , & qui  
subscriberent in præsentirogaui.

X X V I . C E S S I O A D  
*Ecclesiam.*

**D**ominæ , sanctæ ac reueren-  
tissimæ Ecclesiæ sancti illius,  
quæ est constructa in pago illo , in  
loco qui dicitur ille, Ego in Dei no-  
mine ille , pro meis peccatis minuē-  
dis, ut in futurum Dominus veniam  
mihi præstare dignetur cedo ad lu-  
men , vel sacrificium ad ipsam ca-  
sam Dei, vel ipsam domum Dei, ces-  
sumque in perpetuum esse volo , &  
de iure meo in ius , & dominationē  
ipsius Ecclesiæ transcribo , atque  
transfundō, hoc est res proprietatis  
meæ in pago illo,in loco qui dicitur  
ille,id est tam mansis,domibus,edi-  
ficiis totum & ad integrum re in ex-